



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Amos, Abdiam, Et Ionam Prophetas, Commentarij Francisci Lamberti Auenionensis

Lambert, François

Argentorati, 1525

VD16 B 3868

Pars Secvnda. Secu[n]do, prophetat aduersum superbia[m] Edom, &
fiduciam in munita loca.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35983

Ecce paruulum dedi te in gentibus, contemptibilis tu es ualde. **S**uperbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum. **Q**ui **D**icis in corde tuo, quis detrahet me in terram? Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum inde detrahā te, dicit dominus.

Idem serē habes apud Hieremiam, ubi supra. **Q**uo sermone, ostendit quā abominaretur superbiam. **E**dom. **S**umme namq; detestatur omnem superbiam, in omnibus quæ in hoc maxime sita est, dum nobis quicquam tribuimus, aut nobis fidimus. **S**oli namq; Deo fidendum est, & illi soli à quo omnia, est pro omnibus gloria reddēda. **I**deo qui horum quicquam sibi tribuit, superbus est. **S**ed qui fit, ut nobis aliquid tribuamus? ipsi namq; omnia bona omnīsq; gloria, nobis autem quid tribuendum nisi uituperium, ignominia, confusio.

Ecce inquit, paruulum dedi te in gentibus, hoc est, apud me decretum est, quod inter omnes gentes, uehementer imminueris, uastaberis, euerteris: **C**ontemptibilis es tu ualde, præsens pro futuro. **S**ensus est, faciam ut ualde humilioris & spernaris. **V**ide quā aduersetur spiritus carni. **V**ult illa gloriam, & **D**eus adducit contemptum, quod summe carnales abominantur.

Et unde

COMMENTAR. CAPVT I. 95

Et unde carnales superbiunt, inde maior illis confusio aduenit. Superbiunt ex diuitijs, potentia, munitiōibus, prudentia mundi, & similibus, ideo subiunxit. **S**uperbia cordis etc. Erat montuosa **I**du^mea, propter quod aestimabant se à nemine uinci posse. Proinde ait Dominus. **Q**ui dicis in corde tuo &c. **Q**u. di. Iudicas te inuincibilem, sed si adhuc eses in locis absq; similitudine fortioribus ac munitioribus, inde detraham te, & abijciam, & calcabo. **H**ic locus est insignis, cōtra omnem carnis fidutiam. **N**am qui solus est omnipotens, & ex se uerus, id summe exigit, ut ei soli fidamus. **E**x hoc quoq; textu, argumentum manifestissimum habes, quod nullibi tutus est, quem **D**eus flagellare ac perdere uoluerit. **N**emo siquidem est, qui possit cruere à manu eius. **I**ob. 10.

P A R S T E R T I A.

Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuiisses? **N**onne furati essent sufficientia sibi? Si uindemiatores introissent ad te, **N**unquid saltem racemum reliquissent tibi? **Q**uomodo scrutati sūt **E**sau, inuestigauerunt abscondita eius.

Qui in terrenorum abundantia superbiunt, illis ea quissime priuatur. **S**ic factum est filijs **E**sau, sic et cum multis quotidie facit **D**ominus. **A**it ergo: **E**dom,